



cupi certiamala aut auaritia. ceteraque quibus praesens saeculum delectatur. nonne formam tibi praesentis saeculi imponunt. Si uero contrario mansuetudo. patientia. lenitas. benignitas. bonitas. continentia. castitas. humilitas. ueritas. spes. fides. caritas. ceteraeque uirtutes habitent in sensu tuo. conformemente futuri saeculi faciunt. & ita pulchram animae tuae speciem reddunt. Reno uatur autem sensus noster cum abiicit uicia & peccata. & uirtutes se inserit. reno uaturque per exercitia sapientiae & agnitionis dī. perditatio neni legit dī. per studium implendae uoluntatis dī. nec non & exercitatio nem bonorum operum. & quanto in his cotidie proficit. tanto cotidie dō proximatur. & habitaculum dō in corde suo dignius praeparat. Sed uideamus quod sequitur. Ut probetis inquit quaesit uoluntas dī bona & bene placens. & perfecta. potest autem & tale aliquid in his sermonibus sentiri. quia quidem uoluntas dī semper bona est. sed non semper eius bona uoluntate nra omnia dispensantur. fit ergo aliquando. ut uoluntas dī consentiat iniquis concupiscentiis nris. sed qui reno uatur est sensu dō probare debet si uoluntas dī habeat nasit. & bene placita dō & perfecta. Non tales qui magis desideris nris indulgeat. quam ad uernis utilitatibus nris consulat. Nam dī uoluntas mala esse numquam potest. sed cum iniquitatibus & in ad tempus aliquid consentit. ut in eo citius se a iniquitate conuertant. quod si illorum uoluntati consentit. ita dī uoluntas non est mala sed bona. quia ipse semper ad bona omnes homines hortatur. & cupit proficere. Tamen cum uoluntas dī est qd nos non per omnia bene uolumus. non tamen perfecta. nec bene placita illius uoluntas est. sed hoc solum bona uoluntas dī & bene placita atq; perfecta. Quicquid pro sola dī caritate agitur. uel quicquid ad laudem & gratiam pertineat uideatur. uel quicquid nobis ad aeternam animarum nrarum salutem proprietentur.